

I. N. 3.

DISSE⁶TATIO GRADUALIS,
VERAM NOTIONEM

VOCIS πολλοὶ Rom. V: 19.

ERUENS,

Cujus PARTEM POSTERIOREM,

Consent. Ampliss. Facult. Philosoph. in Academia
Auraica,

P R A E S I D E

VIRO Maxime Reverendo atque Celeberrimo

**DOMINO I S A A C O
R O S S,**

S. S. L. L. PROFESS. Reg. & Ord.

E T

FAC. PHILOSOPH. h. t. DECANO Maxime Spectabili.

Bonorum disquisitioni subjicit

JACOBUS CAVONIUS,

ABOA-FENNO.

In Auditorio Majori die XXI. Maji, MDCCLX.

H. A. M. C.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc.
Finland, JACOB MERCKELL.


Admodum Reverendo atque Præclarissimo VIRO,
D: NO ABRAHAMO
M I Ó D H,

Ecclesiæ Naguënsis PASTORI & PRÆPOSITO longe meritissimo. Nosocomii proxime adjacentis Ephoro dignissimo, ut Patrono antea benignissimo, ita nunc Fautori & Evergetæ, qua par est obseruantia colendo.

Beneficiorum Tuorum, eorumque haud vulgarium, quibus me non solum eo tempore, quo, quinque abhinc annis totum biennium pignorum Tuorum institutioni præfui, verum etiam toties postmodum, quoties mihi data fuit occasio Tua bonitate fruendi, benigne amplexatus es, memoriam dum recolo, recolo autem semper, mihi met temperare non potui, quin exorto tandem die exspectato chartaceum hocce Tibi, Fautor & Evergeta, consecrarem munus, non tantum pro more, quantum ex amore & veneratione. Hunc itaque meum conatum, ea, qua soles benignitate ut excipias & favoris Tui radios in me in posterum transfundere pergas, est, quod enixe rogo. Quod reliquum est, voveo, velit DEUS T. O. M. Te omni felicitatis flore beare, ut in Ecclesiæ emolumentum, Tuorumque omnium gaudium & solatium certissimum, exoptatissimum, quam diutissime vivas. Permansurus

NOMINIS TUI

*bunillimus cultor,
JACOBUS CAVONIUS.*



§. I.



Oci ~~non~~ Rom. V: v. 19. occurren-
ti postquam fixum in Parte pri-
ori dedimus significatum, pro-
missi ibidem facti memores ad
rationes illas, quibus cum Gerhardus, tum
alii usi sunt, saltem uti possunt, quæque si-
mul nostræ expositioni adversantur, occasio-
ne hujus dicti, ceu fulcris firmissimis suum
de æterno evangelio superstruere conati sunt
dogma, diluendas eo lubentius pedem promo-
vemus, quo certius nobis persvasum est, cona-
mina nostra Tibi, C. L. haud displicitura.

Omnium primo adversarius quicunque
noster hac objectione, quæ non sine specie
quadam nobis vel saltem parum in Philolo-
gia versatis objiceretur, lacerare posset: Ao-
risti ~~malos~~ ~~magis~~, adeoque præteriti sensum mu-
tatio

tas in futurum, contra vocis usum receptum.
 Resp. I:o Aoristos sœpius præteritum notare
 non nego, sed formalem hunc & proprium il-
 lorum significatum esse jure inferior; sunt e-
 nim temporum indefinitorum, præteriti, præ-
 sentis & futuri indices, conf. Glass. in Gr.
 Sacra lib. 3. Tract. 3. p. 53. can. 47. p. m.
 645. sq. Exempla sacra futurum indicantia
 v. g. Joh. XV: 6. Rom. VIII: 30. item profa-
 na affatim prostant, conf. Raphel. in ann. in
 Nov. Test. ex Xenophonte ad Luc. I: 51, p.
 85. & Glass. l. cit. p. 646. seq. Ergo ge-
 nuinæ significationi Aoristi vis non infertur,
 dum per futurum hoc loco exponitur. II:o
 Neque tamen præteriti & præsentis signifi-
 catio heic excluditur. Tempore enim Pauli
 multi in *ansia* mortui jam erant damnati, sci-
 licet in judicio particulari, multi tum supre-
 mum obeuentes diem actu damnabantur, mul-
 ti in judicio universali erant damnandi. Tria
 itaque hæc temporum momenta, Aoristo a-
 etum continuum designante Paulus compre-
 hendit, ut tamen ad solennissimum peccato-
 rum *nagāsion* in judicio extrēmo futuram præ-
 cipue digitum intendat. III:o Quo jure Ger-
 hardus futurum *nagānghōrā* in apodosi hujus
 versus

versus supplem. p. 23. de actu continuo exponit hoc modo: multi jam sunt justificati, justificantur, justificabuntur, eodem ego, Aoristum pro actu continuo accipiens, fruar.

§. II.

To ~~mo~~ omnes sine limitatione denotare probaturus Gerhardus urget articulum *i.* Wer sind dann / inquit die viele / die durch eines Gehorsam werden gerecht dargestellet werden? respondet: Dass müssen ja auch freylich alle Menschen seyn / welches / denn der im Griechischen Text dabey gesetzte Articulus *i. mo* deutlich anzeigen / nemlich eben die viele / die durch eines Ungehorsam Sünder geworden / eben diese viele Sünder / i. e. alle Menschen / die werden durch eines Gehorsam gerecht dargestellet werden / conf. Syst. ejus cap. IV. §. 432. p. 353. Quam opinionem confirmare studet ex hac Glassii regula: *Adjectivum in primis cum articulo positum ad substantivum non remotius, sed propius antecedens est referendum.* vid. loc. cit. p. 380. §. 478.

Resp. I:o Cum, vel ne non monente, quisque perspiciat, comparationem hic institui ab *oppositis*, in qua nomen multi repetitur, & usum loquendi exigere, ut, quoties

adjectivum multi, vel in comparatione, vel
 in oppositione reperitur, illud particularem
 pariat sensum §. III. P, pr. manifestum est,
 nos non sine caussa a Gerhardo dissentire.
 Nec II:o emphasis, quam articulo *ii* affingit,
 ipsum quidquam juvat, conf. Glassii Gram.
 S. lib. 3. Tract. 2. can. I:um & III:um,
 qui hoc in puncto nostras in primis tuetur
 partes & hujus est tenoris: *Ex curiosa & minus
 necessaria articuli consideratione false hypotheses &
 errores facile oriri & inveniri possunt.* Fallit igitur,
 falliturque turpissime dum τοις πολλοις in
 apodosi eosdem esse ac τοις πολλοις in protasi
 sibi persvadet. Regula denique Glassii a
 Gerhardo citata ineptissime hic adPLICatur.
 Nam in nostro loco sunt duo adjectiva πολλοι
 in apodosi & πολλοι in protasi. Jam vero
 Glassius non dicit adjectivum referendum
 esse ad proximum adjectivum, quasi πολλοι in
 apodosi referri debeat ad πολλοι in protasi,
 quod ne per somnium quidem ipsi in mentem
 venit. Utrumque adjectivum in nostro loco
 scilicet πολλοι in protasi, idemque in apodosi
 habet suum substantivum per ellipsis facile
 subintelligendum scilicet ανθρωποι. Si dixero
 v. c. ut *multi efficacia verbi divini resistunt*, ita
multi

multi eidem non reluetantur. Ibi *utrumque multi* suum respicit substantivum scilicet homines. Quis vel bardus hanc auderet proferre interpretationem: *multi*, qui non reluetantur sunt *iidem*, qui resistunt? Ergo ~~non~~ in protasi & apodosi nostri dicti sunt non *iidem*, sed longe diversissimi.

§. III.

Instat ulterius Gerhardus: *Das* adjectivum mit seinem articulo ~~in~~ kan ja ordentlicher Weise nicht auf die weit-entlegene Glau-
bige/ sondern muß vielmehr auf die nächsten
~~zu~~ ~~an~~ geben. Resp. Mirum in modum vel ipsi constructioni grammaticæ alapam hic impingit nosler adversarius, simulque membra propositionum logicarum in protasi & apodosi versus nostri misere confundit. Protaseos propositio, omissis tantisper quibusdam determinationibus, est: *Multi constituuntur peccatores*, apodeeos: *multi constituentur justi*. Hic vel pueri perspiciunt, subjectum utriusque enunciationis esse ~~in~~ ~~an~~ sive multi cum subintellesto substantivo, ~~in~~ ~~an~~, sine alterius ad alteram relatione; ~~an~~ autem pertinere ad *prædicatum* protaseos, ceu ejus determinatio. ~~in~~ itaque, ceu

ceū subiectum in apodosi non potest salvis regulis referri ad substantivum aliquod, quod in protasi, *prædicato*, ut determinatio adhæret. Frustraneus enim est Gerhardus, dum queritur τὸ πόλλω in apodosi male a nobis referri ad remotius subiectum, credentes putas, quos in versu 17. innuit Apostolus. Id namque neque qua vocis πολλῶ significatum formalem, quo ingentem quidem, sed indefinitam turbam notat, neque qua constructionem grammaticam a nobis fit, præsertim cum quod ad hanc attinet, sollicite inculcemos τὸ πολλῶ in apodosi simpliciter & absolute ponи, siue ulla relatione grammatica ad præcedens quoddam substantivum, eo quod, per ellipsis substantivum suum scilicet ἀθεργόν impli- cite jam includit. Quod vero hi multi homines, qui secundum comma 19. justifica- buntur, iidem sint credentes, qui versu 17. designantur, id non ex formalι τῷ οἱ πολλῶ acceptione, nec ex grammaticis construendi re- gulis, sed ex indole *prædicati* sequitur.

§. IV.

OMnes illos Calvinismi reos postu-
III:o lat, qui πολλοὶ in loco nostro non
omnes, sed quosdam interpretantur, Lutheranis,

nis, si hoc faciant, transfugarum crimen impingens. Resp. Frivole sane id nobis imputaretur. Negant Calviniani meriti Christi universalitatem, nos contraria omnia docemus, plus semel innuentes Paulum v. 18. de *adquisitione* meriti Christi *universalis* loqui conf. §. VII. Part. pr. Falsissimum autem est, ullum unquam Theologorum Lutheranorum statuisse *applicationem & fruitionem* ejus esse universalem, quippe quæ ab illis in apocatastaseos patronis maximo omnium consensu rejecta & explosa est. Id quidem a nostris contra Calvinianos monetur: vocem *κοντοι* non derogare quidquam propositionis universalitati, si materia substrata eam exigit, ac Spiritus Sanctus vocem *ταῖς* de eadem alibi diserte adhibeat v. g. Matth. XX: 28. coll. cum I. Tim. II: 6. At Gerhardus non nisi ad Neomenia Latina nobis locum adferet, ubi Scriptura diserte adfirmet: *ταῖς διαισι κατευθύνεται.*

§. V.

PAULO majori cum specie IV:o nobis objectit v. 20. *de gratia superabundantia pra peccato*: nos autem dum *quosdam* tantum, non *omnes* justificandos docemus & salvandos,

gratiam Christi peccato viribus longe inferiorem reddere. Resp. Unde probas, mi Gerharde, gratiae præ lapsu abundantiam considerari hic ratione objecti, sive hominum, qua numerum spectatorum? Annondantur alia membra comparationis? nonne potuisset Apostolus hic respicere efficaciam & sufficientiam meriti Christi, quæ infinita est, & cum qua neque extensive ratione quantitatis, neque intensive peccati efficacia comparari potest. Quod vero actu merito Christi non fruantur, id non detrahit quidquam ejus infinitæ sufficienziæ, sed ipsorum hominum culpa accidit. Possent plura comparationis membra adduci, sed conf. Systematicos, Commentatores & in primis Balduinum in Catech. Apostolica, sive Commentarium in Epistolam ad Romanos cap. V. partem priorem & quæstionem VII. p. 371. seq.

§. VI.

Contra nostram de voce ~~πολλα~~ notionem etiam Petersenius insurgit hisce verbis, quæ a Gerhardo repetita leguntur Syst. p. 385, §. 481, & quintam objectionem constituere possunt: Wann der Apostel durch

welche durch Christi Gehorsam die
 Gerechtigkeit würklich erlangen / und der grossen
 Menge aller sündigen Menschen entgegen
 gesetzt werden / nur die ausgewählten verstimme-
 de; so könnte er sie nicht nennen die viele / son-
 dern müssen sagen ; die wenigen. Denn es
 sind ihrer so wenig / daß sie auch gar in eine
 gewisse determinirte zahl / nemlich in hundert
 und vier und vierzig tausend eingeschlossen sind.
 Apoc. VII: 4. cap. XIV: 1. zwar steht in
 dem selben c. VII: v. 9. daß Johannes eine
 große Schaar vor dem Stuhl Gottes gesehen /
 die nicht zu zählen gewesen. Aber wer sieht
 nicht / daß der H. Geist eben dadurch habe
 anzeigen wollen / daß auch unter den Seligen
 ein gar großer Unterschied sich befinden werde.
 Davon aber wollen wir jeho nicht sagen / son-
 dern wir wollen zugeben / daß die ausgewähl-
 ten an sich selbst eine ziemliche große Anzahl
 austragen werden. Aber so ist doch das nach
 Gottes klaren Worten ausgemacht / daß sel-
 bige vor sich wenig zu achten / wenn man sie
 gegen dem gar großen Haufen aller gefallenen
 Menschen hält. Dein eben darum werden sie
 in der Heiligen Schrift genant wenige. Matth.
 XX, 16. Wenn nun also / wie gesagt / der
 B 2 Apostel

Apostel in dem vorhabenden loco Rom. V: 19.
 Durch die ^{18c πολλάς}, die außerbahlten Gläubi-
 ge wolte verstanden haben/ so würde er nicht
 das Wort: Viele/ sondern das Wort: Wenig-
 ge gebraucht haben ic. Resp. Grati D:ne
 Doctor accipimus concedi a Te, & qui-
 dem ea liberalitate, ut dictum contra Te
 luculentissimum Apoc. VII: 9. ipsemet alle-
 ges, concedi inquam vere & merito electos
 dici posse *multos*. Quod enim hoc levitate
 minime Doctorali mox negas contendens in
 comparatione cum damnatis multorum no-
 mine electos venire non posse, id ne tan-
 tillum quidem nos movet, quamdiu non
 probasti propositum suisse Paulo *comparatio-*
nem hic instituere inter electos & damnatos
 ratione *numeri*, quod quidem ad calendas
 Græcas præstabis, cum potius certissima ad-
 sint indicia, talia ne in mentem quidem San-
 cto Viro venisse. Sufficit nobis electorum
 absolute spectatorum *multitudo* a Te vel in-
 vito admissa, quantocunque demum numero
 damnati eos vincerent. Nec tamen sine cen-
 sura dimittendum, quod pro arbitrio in tu-
 as partes rapis locum Apoc: VII: 4. Hic
 de omnibus agi electis quasi rem confectam
 &

& dubii omnis expertem ponis. Sed transfigendum Tibi prius cum interpretibus. Sunt sane, qui non vereantur Temet crassæ ~~πεντεκοντας~~ accusare, quod hic omnes electos centum & quadraginta quatvor millium numero includi existimes; cum ipsius textus sacri inspectio evidentissime monstraret in l. c. non numerum omnium electorum in genere, sed in specie quorundam Israëlitarum, certo tempore vel jam conversorum, vel adhuc convertendorum, significari. In cuius rei robur versum ejusdem cap. 9. allegant, ubi clarissime ab hisce centum quadraginta quatvor millibus v. 4. memoratis distingvuntur hi, ἐκ παντὸς ἔθνους, καὶ Φιλῶν, καὶ λαῶν, καὶ γλωσσῶν, quos nemo numerare potuit. Alii rursum interpretum in eo quidem Tecum, Dñe Doctor, faciunt, quod non restringant hos, centum quadraginta quatvor millia ad solos Israëlitas, in eo tamen a Te, se longissime removent, quod non huicce numero includant, quotquot sunt, fuerunt ac futuri sunt electi, sed confessores tantum veritatis in doctrina Apostolorum fundatos, & in vera fide permanentes intelligent. Adeoque hic poni numerum certum

& definitum pro incerto & indefinito; ut
ut maximo. Sic igitur ex horum mente so-
lus numerus fidelium Nov. Test. esset maxi-
mus, cui si fideles & electi Vet. Test. addan-
tur, erit longe major. Nec destituuntur hi
commentatores argumentis suis haud certe
contemnendis. Ab utriusque classis interpre-
tum dubiis, quandiu tuam sententiam non
liberaveris, haud ægre feres nullum a no-
bis argutiis tuis assensum præberi.

§. VII.

Superest, ut exceptionibus quibusdam,
quæ contra argumenta pro notione,
quam defendimus in cap. priori adducta sunt,
vel facere Gerhardus potest, vel actu fecit,
occurramus. In cap. cit. §. VIII. adversus
ipsum evici ex concessis ejus non minus,
quam natura comparationis sequi verba ver-
sus nostri in protasi: *ἀμαζωλοὶ κατεύησαν* de fi-
nali damnationis executione capi debere.
Adversus hoc argumentum excipi forte pos-
set: Immo vero nullam vim hoc ipso in-
fert Gerhardus indoli comparationis. Nam
diserte in Systemate apocatastaseos docuit
executionem quandam damnationis, licet in-
choate, jam in hac vita premere homines,
conf.

conf. ejus Syst. §. 455. pag. 366. Resp. Paulo in os contradicit Gerhardus; Apostolus v. 16. *κειμα οὐς κατάκειμα* in omnes homines transiisse affirmat. Hæc igitur duo a se invicem sollicite distingvit ac docet non *κατάκειμα*: i. e. damnationem secundum executionem, sive inchoatam sive consummatam, sed *κειμα* tantum, h. e. decretum DEI judicis, quo homines Pœna æterna dignos esse per legem pronunciat, nos omnes premere. *τοῦ οὐς κατάκειμα* sane clarissime manifestat *κατάκειμα* nondum actu & executive hominibus incumbere, aut adesse, sed *κειμα* illud modo ad actualem pœnæ executionem, nisi justificatio per fidem intercedat, vergere seu tendere. Sed ne gratis quidquam dicere velle videatur noster, hanc suam de inchoata damnationis executione in hac vita fictiōnem argumentis quibusdam confirmare al-laborat: I:um provocat ad Eph. II: v. 3. ubi dicitur omnes *πνεύμα ἐργάζεται* esse. Resp. Quis adversario concederit filium iræ dici eum, quem ira pœnæ executione actualiter jam irrogata premit? Constat enim per Hebraismum filium iræ vocari eum, qui promeruit iram & eatenus est sub illa, ut decretum illum

illum poena afficiendi jam sit formatum,
 quamvis latæ sententiæ executio nondum sit
 inchoata, sed potius dilata. Secundum Apo-
 stolum igitur omnibus hominibus incumbit
 reatus, h. e. obligatio ad poenam, non ve-
 ro poenæ inchoata executio. 2:0 Urget em-
 phasin in comminatione divina Gen. II: 17.
 טע הרעת טוב ורע לא האכל ממנה כי ביום אכלך
 hoc est: ex arbore, scien-
 tiæ boni & mali non comedes, nam in
 die, quo comedes ex ea moriendo morie-
 ris. Hinc infert Gerhardus, mortem eodem
 ipso die, quo vescebatur fructu vetito Ada-
 mus, cœpisse contra illum *actualiter* & *exe-
 cutive* grassari, licet hæc poenæ executio in-
 choata statim cessarit, simulac primum Evan-
 gelium de semine benedicto fuerit promul-
 gatum. Resp. Ambabus largimur manibus
 necessitatem quandam moriendi, seu condi-
 tionem mortalem statim insecuratam esse pec-
 catum commissum. Quod si hoc poenæ tem-
 poralis quandam executionem inchoatam di-
 cere voluerit. non multum cum eo litigabi-
 mus; quanquam & hanc phraseologiam mi-
 nus commodam & accuratam esse moneant
 nonnulli magni nominis Theologi. Ast, quid
 inde

inde præsidii Gerhardo? Controvertitur sane inter nos de morte æterna seu damnatione, quam peccatis promeruimus & quæ *κατ' εξοχήν* est poena peccati, non vero præcipue mors temporalis, ejusque executio; Ab hac igitur summa *ἀπλογίᾳ* ad damnationem inchoatam concluditur. Moriuntur fideles quoque, sed quis propterea eos executive damnatos, licet inchoate tantum, contra Rom. VIII: 1.
Οὐδὲ ἀρετὴ τὸν κατάστατα τοῖς ἐν χειρὶ ιστᾶ, μὴ κατὰ σύμην πειπαλέσσον, αλλὰ κατὰ πνεῦμα. sustineret vocare? Porro, quæ Gerhardus de cessatione inchoatae executionis in Adamo, ob *πειπεναγγέλιον* concedit, ea adversus ipsum militant. Gratia enim merito Christi innixa, quæ in *πειπεναγγέλιῳ* promittitur, pertinet ad omnes homines, non ad solum Adamum, estque vera caufsa, cur DEUS in hac vita contra impenitentes non ruat ad executionem damnationis, sed eam differat ad mortem usque, immo finat homines profligatae plane proterviæ ac perditissimos frui sua longanimitate, quamdiu heic vivunt. 3:o pro errore suo sic pergit argumentari l. c. §. 457. de infante loquens sacro nondum lavacro tincto: *Es ist die Verderbnis in dem Kinde actu-*

aliter und executive. Wo nun aber die Sünden actualiter und executive ist / da ist auch der Sünden Sold / nemlich der Tod und die Verdammnis. Welche Verdammnis denn das Kind von natur schwer gnug drückt / und zwar nicht allein imputative, denn das reicht wieder nach der Socinianischen Schule/ sondern ein ungetauftes Kind liegt unter dieser Last actualiter und executive. Resp. Quid sibi velit: *peccatum inesse infantis executive*, vix divinaveris, nec facile quemquam inveneris, qui profunda ista, si Diis placet, sententia ante nostrum usus fuerit. Interim, si nil ultra intendit, quam infantem ejusmodi non modo peccato originali infectum nasci, verum etiam statim post nativitatem peccatis actualibus pollui, nos sibi adstipulantes habebit. Verum inde nullis fidiculis, nulla arte exsculpi potest pœnam quoque peccati, seu damnationem, & quidem actualiter & executive miserum infantem jam in hac vita premere. Mira sane, sine nexu & soli Gerhardo frequentata est consequentia: ubicumque est peccatum actualiter, ibi sine mora adest pœnæ executio, ad minimum inchoate. Quid quæso impedit, quo minus differatur executio? Tantum ab-
est,

est, ut quidquam impedit, ut hoc potius postulet gratia & longanimitas Divina, de qua modo. Tandem hanc hypothesin suam incrustare conatur auctoritate Libb. Symb: & testimoniis magnorum quorundam Ecclesiae nostrae Theologorum. Sed cum nulli, vel tironi in Theologicis ignotum sit, & pios confessores, & reliquos Theologos Lutheranos omnes a talibus tricis se longissime removere, praestantissimi praeterea Theologi loca adducta a strophis Gerhardinis felicissime vindicarint, non est, ut istis immoremur.

§. VIII.

S. Ultima P. pr. monuimus, nullam idoneam allegari rationem, quare Spiritus Sanctus repente in versu nostro mutet stilum, nec adhibeat vocem ~~παντες~~, nisi admittatur ea vocis ~~παντοι~~ acceptio, quam nos adstruimus. Immo vero, dicet quis, allegavit utique Gerhardus talem rationem, eamque forte haud contemnendam, quippe de qua inventa mire exultat. Sane in *Supplementis*, quae Systemati suo adjectis p. 16. sq. vestrum illud ultimum argumentum hoc modo infringit: Weil zu den zeiten Pauli noch nicht alle Menschen als wuerliche Sander waren dargestellet worden, sondern weil daselbe in

be in den künftigen zeiten bis an der Welt Ende noch immer hin geschehen sollte; Eben darum hat auch der H. Geist in dem 19. v. nicht das Wort Alle, sondern das Wort Viele hinsetzen lassen. Weil das Wort viele materialiter alle die Menschen in sich begreift, die da schon würechlich als Sünder dargestellet worden, und noch ins künftige als Sünder solten dargestellet werden. Denn wann der H. Geist gesagt hätte: Gleich wie alle Menschen als Sünder sind dargestellet worden, so wäre das, so zu sagen, wieder die Wahrheit, oder wäre doch wenigstens, nicht gar zu accurat geredt gewesen, weil das Darstellen aller solcher Sünder noch nicht würechlich geschehen war. Hergegen das Wort Viele schickt sich an diesem Ort viel beweiner, weil nemlich durch dasselbe formaliter nur eine groÙe Menge angezeiget wird, doch so, daß dasselbe Wort materialiter secundum substratum materialiter allerdings alle Menschen in sich fasst, weil ja würechlich auch alle nachfolgende Menschen bis am jüngsten Tag als Sünder würechlich solten dargestellet werden.

Resp. Obscuriora quidem sunt hæc verba, quam ut facile capi queant, sorte haud levi malæ caussæ indicio; si quid tamen conjectando assequi licet, illorum hic est sensus: *de industria Spiritus Sanctus ambigue loquitur voce mædi usus, quia sic optime responderi potest ei, qui vim aoristi urgere vellet ac dicere, nondum omnes, eo tempore, constitutor fuisse peccatores.* *Huic enim regeri potest, neque de omnibus heis sermonem esse, ita tamen simul, ut quaerentibz Annon per multos illos intelligantur omnes? responderi queat affirmando.* Sed quis ferat tricas insultas aut æquivocationem Spiritu Sancto indignissimam, ejurato pudore, singi? Non nego, ut in aliis scriptis, ita in Sacro codice multa occurrere vocabula μλύνηα ac phrases ambiguas, si extra contextum considerentur. Sed intra eundem, ut fixum illis ac constantem tribuamus significatum jubet Auctoris primarii summa sapientia scopusq; Scripturæ datae. Itaque non de eo inter nos controvertitur, num plures extra cotenxtum habeat vocabulum μλύνηα significationes, sed num intra eundem

dem, & in hoc loco ex mente Spiritus Sancti mox indefinite pro multis, mox pro omnibus sumendum sit? Quod negamus & pernegamus. Scrupulus vero ab Aoristo petitus, quem heic injicit Gerhardus, nullius est pretii & ponderis. Tollitur enim observatione illa, in responsione ad objectionem primam p. 4. hujus P. de Aoristi natura & significatione formalis.

§. IX.

Gerhardi argumentis contrariis exceptionibusque factum, ni fallor, quod satis est. Sed nec sicco, quod ajunt, socco omnino prætereunda est objectio, quæ ab auctoritate Theologorum præcipue puriori doctrinæ additorum, quos fere omnes, paucis, e recentioribus potissimum, exceptis, deserimus, peti contra nos videtur posse. Verum salva res est, Theologorum in primis Lutheranorum apud nos fuit quidem semper, & est plurimi. Sed iudicem nunquam a quoquam postularunt, ut præjudicio auctoritatis fascinari se patiatur, in iis in primis, quæ à ecclesiæ religionis, h. e. articulos fundamentales minime tangunt, quo multa Philologica, Exegetica & præsens quoque disceptatio jure refertur: Immo si validæ, quales in P. pr. allatas speramus, rationes cogant, in talibus dissentendi potestatem cuilibet non concedunt modo & Auctores ejus rei sunt, sed laudabili insuper exemplo sc̄ipissime præeunt. Ut rem paulo clarius, brevissimis tamen, edisseramus, monendum in antecessum ad duas fere classes referri posse, qui e nostratibus a nobis dissentient. Quarum I: a per mλλες intelligit nārns sine limitatione, adeoque non minus quam 18. verum de universalitate metiti Christi ratione acquisitionis exponit. Altera mλλες quidem pro nārni accipit, sed adjecta in apodosis limitatione, restringit. Sic quantum ad priorem classem, Calovius in Bibliis illustratis ad h. l. mλλe autem, hic omnino dicuntur, qui modo nārns dicti: omnes ergo in-

telligendi, nec excipi ullus potest, nulla enim hic diaconia est, Rom. III: 21. Omnes in lumbis Adae fuerunt, omnes in ipso peccarunt Rom. VI: v. 12. Ideo omnes peccatores constituti sunt, & super omnes condemnatio venit. Similiter Sebast. Schmidius Praelect. ad hunc l. τὸ πόλοι per omnes & κατα-
σεργούσαι eum in sensum, ut merita justitiae omnibus debeantur, explicat. Posterioris exempla sunto. B. Höephnerus in Disputatione de justificatione X. §. 42. p. 886. & Clarissimus Stockius ad h. l. Quorum ille ita. Justi constituun-
tur multi, i. e. omnes, quotquot per fidem gratiam & do-
num justitiae accipiunt v. 17. Act. XXVI: 19. Hic: ἀμαρτω-
λοὶ κατέστησαν οἱ πόλοι, i. e. qui ab Adamo per carnalem
descendunt generationem: δικαιοὶ κατεστήσουσαι οἱ πόλοι. i. e.
omnes, qui in eum credunt. Hisce præmissis, proprius ad
rem accedamus. Quo minus priorem illam sententiam am-
pleteamur, obstant l:o quod pro illa vocis πόλοι acceptio
propria & formalis citra necessitatem deseratur, ejusque u-
sui frequentissimo & prædominant, quoties in comparatione
vel oppositione reperitur, vis inferatur; nec minus mutatio
stili a Spiritu Sancto heic adhibita ratione sua evidentissi-
ma spolietur contra §. §. cap. nostri pr. II. III. & X. 2:o
Quod, si per multos omnes intelligantur, phrases Paulinæ:
ἀμαρτωλὸν καταστῆναι & δικαιον κατεστήσαι, plane con-
tra naturam suam, & usum frequentissimum exponi debeant
cf. Ejusdem Cap. §. §. IV. V. VI. quo non possumus non
nosmet adversariornm irrationibus & mysteriis exponere,
ipsamque veritatem, quam defendimus, in contemptum ad-
ducere. 3:o Quod per expositionem illorum, qui in prior-
re classe consistunt, vix ac ne vix quidem, tautologiae ac-
cusatio a Scriptore inspirato depellatur conf. §. VII. P. p.
videre hoc licet in Magnis viris huic sententiæ addictis,
qui, dici vix potest, quantopere se torqueant, ut discri-
men aliquod inter versus 18 & 19:um Cap. nostri exco-
gitent, eoque objectam tautologiam a se amolliantur. Sic
Calovius distingvi versus illos h. m. autumat, ut in v. 18.
designe-

designetur: *causa meritoria absolutionis a peccatis, quae sit in justificatione nostra:* & v. 19. subjungatur: *causa meritoria imputationis justitiae Christi, quae itidem in justificatione sit;* nominata Christi obedientia. Sed, quoniam in utroque versu de merito Christi agi contendit, nullo modo exposicio ejus exhaerit vim phrasum sub num. 2:o modo adductarum, quippe quæ adplicatum justificationis & damnationis actum omnino inferunt, ut taceam illam neque reliquis plerisque in P. pr. adductis argumentis satisfacere. Neque Schmidius, & quantus quamque felix cæteroquin interpres! acu hic rem tangere nobis videtur, cuius huc redit mens. v. 18. paritatem effectuum indicari, quod, sicut Adamici peccati effectus est regnum mortis usque ad damnationem, ita effectus justitiae Christi sit regnum vitae ad justificationem vitae. Nunc autem v. 19. reddi causas istorum effectuum proximas, vel, si maris, modum, quo isti effectus sunt propagabiles. Certe subtiliora hæc sunt, quam ut Davus quivis, cuius similibus Apostolus in primis scripsit, non doctis solum, ex illis verbis discrimen inter duos hos versus capere queat. Videatur enim Paulus in v. 18. jam proximas horum effectuum causas allegasse, adeoque non opus habuisse eas denuo in v. 19. adducere: *περιττα* enim Adami in v. 19. sine dubio est *περιττα* allegatum v. 18. & *ὑπεριττα* Christi v. 19. *δικαιωμα* v. 18. nec dici potest modum, quo uterque effectus propagatur, in commate 19. clarioribus verbis, quam in 18. exprimi. Posteriorem sententiam non eadem tantum, sed aliæ insuper difficultates premunt. Dum enim in protasi versus nostri per *πλησιαν* denotari omnes sine exceptione homines putant, in apodosi vero idem adjectivum ad credentes restringunt, impingunt in canonem hermeneuticum §. IX. P. pr. ad calcem suppeditatum, idemque committunt vitium, quod in Apocatastaseos patronis summo jure taxant Theologi. Scilicet cum Matth. XXV: 46. instituitur comparatio inter vitam æternam & poenam æternam, hocque a nostris contra finitudinem cruciatum infernalium incul-

inculcatur, Apocatastatici illi effugia quærentes vocem
 in protasi vitæ beatorum appositam de æternitate
 finem non habente, eandem vero vocem in apodosi pœnis
 impiorum adjectam, de limitata æternitate interpretari co-
 nantur; quod merito a nostratis turpissimæ ~~veridique~~ accusatur. Quoniam vero operæ Typographicæ maximo-
 pere urgent, cogimur meditatiunculis hisce nostris, quibus
 utique majorem explanationem adjicere cogitabamus,
 hic imponere

FINE M.

